



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1572 usque ad annum 1581

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118642

§. 53. Mediolanum pestilentia infectum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67232)

Sæcul. XVI.
A.C. 1576.

colebat, ac primo quidem hæc contagio a Tridentina urbe Veronam, atque inde Venetias, ac demum per reliquam hujus Reipublicæ partem propagata est.

§. LIII.

Mediolanum pestilentia infectum.

*Giessano
vie de
S. Charl.
h. q. e. l.*

Hujus pestilentiae vis vel maxime in Mediolanensi urbe sæviebat, prout sanctus Carolus hujus civitatis Archiepiscopus prædixerat; postquam enim Monzenus Archipresbyter eidem nuntiaverat, quod in quodam pago haud procul ab urbe hominum quamplurimi subitanea morte eriperentur, sanctus Borromæus ad Jussanum Medicum reposuit: „falluntur Medici, dum febrem „acutam autumant id, quod tamen re „ipsa morbus contagiosus est: vult enim „Deus Mediolanentem populum propter „peccata sua castigare, quapropter ad „subeundas calamitates, necnon ad auxilium cunctis, qui hac plaga affligentur, ferendum animus accingendus est. „ Sub idem quoque tempus Laudensem Episcopum jamjam cum morte luctari perceperat, idcirco confestim conscenso equo opem morienti laturus accurrebat, & quantumvis illum jamjam exspirasse in itinere intelligeret, nihilominus exequiarum officio functurus

rus

rus eo properabat, cumque ibidem e-
 doceretur, quod pestis violentia Me-
 diolanensis urbs vexari inceperit, &
 Gubernator unacum præcipuis Proce-
 ribus e civitate excesserit, ipse quan-
 tocius illuc revertebatur, ubi plateas
 innumeris pene infirmis obsessas repe-
 riebatur, qui una omnes charitatis suæ
 subsidia, opemque tanquam Filii a
 Patre suo petebant: Carolus vero mox
 solemnes supplicationes, jejunia, publi-
 casque indixit preces ad placandam Dei
 iram, seu disponendos Diæcesanos
 suos, ut sese divinis flagellis in pœni-
 tentiæ spiritu recipiendis submitterent.

Sæcul. XVI.
 A. C. 1576.

§. LIV.

*Sancti Caroli Zelus, & charitas
 grassante pestilentia.*

Sub idem tempus quidam Hispaniæ
 Regis Ministri, necnon Magistratus
 sanctum Archipræsulem supplicatum
 venerant, ut hujus calamitatis tempore
 urbis suæ curam in se susciperet, &
 salutaribus mandatis cuncta disponderet,
 quæ ad sistendum imminentis mali pro-
 gressum necessaria judicaverit. Hos
 sanctus Carolus perbenigne excipiens
 eis pollicebatur, quod se, suam vi-
 tam, bonaque cuncta in populi sui ob-
 sequium impendere velit: illos tamen
 impense rogabat, ut iidem suam quo-
 que

*Griff. c. 2.
 Ripemont.
 in vita
 S. Caroli.*

X 2